


I
A M V S S I S
F E R D I N A N D E Æ
D E S C R I P T I O.

 Vnt, vt hîc spectas, quatuor *Instrumenti Facies*, & *Instrumentum* ipsum instar *Duplicis Parallelogrammi*, quod circa Angulum vnum, tanquam centrum conuerti possit.

Tale erat antehac *CLAVII Instrumentum partium*; tale postea *Instrumentum proportionum GALILÆI*, DE GALILÆIS, & quæ illorum imitatione, ab alijs constructa sunt.

Ex Centro Instrumenti descriptæ sunt *varia lineæ*, & ab alijs etiam vsurpatæ, sed modo planè alio, quàm in *CLAVII*, & *GALILÆI* NORMÂ factum est. Nam illic lineæ aliæ alias intra complexum recipiunt; Hic verò vtrinque alteræ alteras sequuntur; vt aperto Instrumento, quantus est angulus inter *Lineas Arithmeticas*, tantus etiam fit v. g. inter *lineas Graduales*, quod deinde videbis, magno vsu & compendio factum esse.

Et *Arithmetica* quidem *linea* occupat
B 2 vtrin-